



M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 12. Genus quoddam loquendi Horatianum indicatur è Graco fonte
manasse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Genus quoddam loquendi Horatianum indicatur è Graco
fonte manasse. CAP. XII.

C V R me querelis exanimas tuis?
Nec diu amicum est, nec mihi, te prius
Obire Mæcenas, mearum
Grande decus columenq; rerum.

Versus hi sunt, ut notum est, è secundo lib. Odarum Horatij: in quibus genere loquendi usus est apto illo quidem & eleganti, sed apud Latinos non valde, nisi me fallit animus, usitato, nam amicum esse aliquid diis, pro eo quod est, diis ita videri, ac placere, ubi præterea legatur, equidem haud facile dixerim. neque sanè ea dicendi ratio Romanis domestica ac vernacula est, sed trans mare petita, ob idque non obesæ naris hominibus *νέδισης πυρὸς ὄξης ξενίζεται*. id ut magis perspicciatur, aliquot illius exempla è duorum post homines natos eloquentissimorum hominum sumpta libris proferam; Homeri, & eius quem Panætius Homerum philosophorū vocabat. apud Homerum igitur Pallas ad Iouem pro Ulyssse verba faciens, orat eum, ut, si quidem diis amicum est eum domum redire, Mercurium mittat, qui id Calypsoni nütiet. eius verba sunt:

*Ω πάτερ ήμετερε, Κρονίδη, Ήματερερύτερος,
Εἰ μὲν δὴ νῦν τόπο φίλον μαράσσεις θεῖσθαι,
Νοσῆσσαι Οδυσσεῖα στίφοντα εὐθε δέουνται, &c.*

Apud Platонem autem Socrates, in Apologia, cum dixisset, se tentaturum, si posset è iudicium animis euellere prauam illam opinionem, quam, adducti calumniatorum sermonibus, de ipso conceperant: sed putate, id difficile factu fore: Verum tamen, inquit, hac quidem de re ita sit, ut deo amicum est. *ὅμως γε τόπο μὲν εἴη, οὐτον τοῦ θεῶν φίλον.* & in dialogo *σει περὶ τοῦ θεοῦ*, cùm ei

D

dixisset

Anc. Marce.
Varia Lectiones

III
75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

dixisset Crito nauem eo die è Delo appulsum; ideoque ipsi postridie è vita migrandum fore: Atqui, inquit, ô Crito, bene eueniat: si ita diis amicum est, ita esto. ego tamen eam hodie venturam non puto. Αλλὰ Κέπτω τύχη διαθήσ. εἰ τινά τοῖς θεοῖς φίλον, τινάτηστο. μέντοι οἷμαι ἔγειν ἀπὸ τίμερον. & in Theage: Εαὐτὸν τὸν θεῷ φίλον ή, πάνυ πολὺ ὀπιδώσεις, καὶ τιχύ. & libro x. legum: Τὰ μὲν ἐν τῇ ἀρχαίων πόλει, μεθείδω, καὶ χαρέστο, ή σὴν θεοῖσι φίλον, λεγέσθω τικτη. tale quoque est illud Aeschylus: — ἀσ μάδη τι χεὶ

Δρεῶντ' οὐ λέγοντα διάμενοι φράσσειν φίλα.

Sed & illa non dissimilia sunt: Πελοπάμα σὺ μὲν εἰς τὴν φίλα τινάτ' ἀρρόσεις: & in Protagora: εἴσοι φίλον: & apud Euripidem in Ione, τῷ θεῷ γε λιτό φίλον. eiusdemque generis alia. Sæpe autem monui, solituin Horatium, inspergenda scriptis suis Græcitatem, salem eis ac Venerem quadrare.

*Platonis locus conuersus à Cicerone in Hortensio, in quo
Marsilius leuiter lapsus est.* C A P. X I I I .

QVI aut aucupandæ inanis gloriola studio, aut conuincendi magis quam docendi aduersarij gratia disputant; ij acriter vrgere ac premere cum solent: neq. ferè, si quid ipse inconsideratius aut fassus, aut infinitatus est, mutandæ postea sententiæ potestatem facere. at qui veritatem modò in disputando spectant, & docere eos cum quibus agunt, volunt, æquiores liberalioresque sunt; neque ad viuum omnia referant: sed si quid is quicun sermo est, dederit, cuius postea dati pœnitentia; in eo non pertendunt, peruvicacésue sunt: lubentibusque ipsis, corriger se, qui sibi lapsus videtur, potest. Id se facere, cùm significare vellit Socrates in Hipparcho, elegāti admodum similitudine